

408 [= 217] Vol-

ceis in castello.

L · FVLVIO · C · F · POM

BRVTIO · PRAESENTI · MIN

VALERIO · MAXIMO POMPEIO · L ·

VALENTI · CORNELIO · PROCVLO

5 AQVILIO · VEIENTONI · COS · II · PR

patri p. C. 180

eRISPINAE · AVG · SOCERO · IMP caes commodi aug. sodali

HADRIANIALI SODALI ANTONINIANO

MARCIANO · COMITI · IMP ANTONINI et commodi augg

EXPEDITIONIS SARMATICAE Praet trib. pleb. quaes

10 TORI · AVG · TR · MIL · LEG · III · GALLICAE donis milit. donato

AB · IMP · DIVO ANTONINO AVG Pio

Descripsi ego, recognovit Kaibel. Appendix Mazochii Papiensis n. 21; Cittadinius cod. Marc. p. 13, cod. Vatic. 5253 f. 354. 356 et apud Grut. 1095, 1 (cf. Reinesius epist. p. 272); cod. Neap. X. C. 79. Henzen n. 5488 ex ed. 1.

Lapis ipse integer est; deest qui olim iuxta positus fuit partes versuum posteriores comprehendens. — 3 VALERIO CITT., V/RIO Kaibel, //ERIO ego, om. Pap. — 6 /P/SPINAE Kaib., /P//PINAE ego, /RIP//INAE CITT., AGRIPPINAE Grut. — 7 fin. quod res requirit suppletque Dessan (ephem. epigraph. 3 p. 214) Veriano, spatium non satis explet; fuit fortasse sodali Antoniniano item Veriano item Marciano]. — 9 fin. P lapis, ut videtur, et sic Pap., PRAE CITT.

410 [= 218] apud Bucinum IVC. Buccini nella porta del monasterio di S. Antonio da man destra uscendo CITT. Est in monasterio Augustinianorum.

C · COELIO · ANICETO

MIL · COH · II · PR · SING

TRIB · SPE · BENEFICIATVS

HVIC · ORDO · SANCTIS

5 SIMVS · DECVR · OB · SPEM

PROCESSVS · EIVS · HONO

REM · DECVRIONATVS

GRATVITVM · OBTVLIT

QVI · VIXIT · ANN · XXIII · M

10 V · D · II · COELIA · PRIMA · MA

TER · FILIO · DVLCISSIMO

SIMVL · NYMPHICVS · VO

LC · ARK · ET · SIBI · FECERVNT

Descripsi. Iucundus f. 163, a quo pendent Augustinus Tyfernus apud Peutingerum cod. 527 f. 85; Metellus Vat. 6039 f. 332 inter Iucundiana Gulielmi; Apianus 174, 3; Ligorius ms. Taur. 4; Fabricius 1587 p. 218. Ex lapide Appendix Mazochii Papiensis n. 14; Cittadinius Vat. 5253 f. 356', Marc. p. 5, item apud Winghium p. I p. 69' a Celso (inde Grut. 393, 5 ex Apiano et schedis Cittadini); Maunelli Luc. ms. 2, 454; Gatta p. 361. Orelli 3530.

3 BENE//IATVS ego, BENEFICIATVS Iuc. Pap. Gatta, BENEFICIAR CITT., BENE/ATVS Mann. — 9. 10 M | V · D · II ego Pap. CITT. GATT., MVLIER Iuc., M VIII Mann. — 12. 13 VO|LC · ARK ego et Gatta, VOIC · ARK Pap., VOLC · PARENS Iuc., VOLC · M · K Wingh., VOLCEAN CITT. (Vat. Marc.), VO|IC · M · K Mann.

412 a Bocino nel palazzo ducale dentro la dove si dice lo Vaglio CITT.

L · HAEDINIO · L · F

RVFO

QVINQ · ITER

EX · D · D

Duo exempla extant Appendicis Mazochii Papiensis n. 17 et Cittadinianum, quod legitur in cod. Marc. p. 5 et Vaticano 5253 f. 356, item apud Winghium p. 4 f. 69' et apud Ligorium ms. Taur. 4 inter postea adiecta.

1 HAEDINIO Pap., HAEDINO CITT. Lig.

411 [= 219] in Lucania in ponte Buccini MEERM.; in un ponte sopra un fiume chiamato la Botte di Picerno MANN.; prope Volceios in ponte fluvii il Bianco [sive Botta] ter repetita, scilicet in utroque latere maioris fornicis, ubi propter altitudinem oculorum aciem fugit, tertium supra quadratos pontis lapides prope fornicem minorem, quod exemplum facillime legitur D'ORV. Hodie in ponte restituto legitur inscriptionis veteris recens exemplar.

C · DEXSIVS · C · F · P · VILLIVS · P · F · M · ACCIVS · M · F · III · VIRI · IVR · DIC
EX · S · C · EX · PECVNIA · PVBLICA · ET · CONLATICIA · QVAM · MVNICIPES · ET · IN
COLAE · SVA · VOLVNTATE · CONTVLERVNT · FACIVNDVM · CVRARVNT · EI
DEMQUE · PROBARVNT

Cittadinius (apud Ortelium thes. geogr. ed. 1644 s. v. Tanager) de hoc titulo 'fluvius Tanager', inquit, 'vulgo il Negro, . . . est fluvius qui in se recipit et alios fluvios et inter ceteros quendam vulgo dictum la Botta di Picerno a Picerno oppido antiquo semidiruto, unde oritur, prope Potentianum, super quem fluvium Botte est et pons lapideus antiquus cum inscriptione, quam ob caprificos in eo natos et altitudinem arcus legere non potui, sed nunc audio pontem ab accolis purgatum esse et multos inscriptionem descripsisse, quam habere curabo.' Referunt Meermannianus codex Lugd. publ. 213 f. 29'; Mannelli ms. 2, 255 exceptam ab amico; Gatta p. 356; Valletta apud Mur. ms. et 474, 9; Antonini p. 204 ed. 1, I 196 ed. 2; Maurus apud d'Orville Sic. p. 599, qui aeri incisum proposuit pontem cum suis inscriptionibus. Gatta Valletta Antoninius Orvillius ita consentiunt, ut videantur pendere ab eodem auctore, puto pictore eo, cuius tabulam expressit Orvillius. Quod si ita est, exemplaria non habemus nisi duo Meermannianum et Orvillianum praeter Mannellianum totum corruptum. Orelli 3730.

Magonius contra Antoninium scribens inscriptionem confictam esse contendit, cum et ipsa proba sit et habeat auctores Antoninio antiquiores et locupletiores. Versus divisi ad exemplum Orvillianum aere incisum, distributione exempli supra maiorem fornicem positi, qualis cernitur in eadem tabula, significata lineolis gemellis. Reliqua exemplaria ipsumque Orvillianum typis impressum aliter distinguunt. — 1 C · DEXIVS · C · F · P · VILLI (VILLIVS Ant. solus) · P · F · M · ACCIVS · M · F Gatta Vall. Ant. Orv., C · DEXSIVS · CAESAR · M · F · M · ACCIVS · M · F Mann., C · DEXIVS · C · F · M · ACCIVS · M · F · M · ALLIVS · P · F Meerm.; videtur Meermanniani auctor exemplar descripsisse, in quo nomina quatuorvirum legebantur ordine inverso. — IVRI Ant. — 2 EX · PECVNIA · PVBLICA (PVBLICA Vall.) · ET · CONLATICIA · QVAM · MVNICIPES · ET · INCOLAE reliqui, EX OFICVNI QVI BELLICAE ET COGN · L · C · TIC Mann. — 3 FACIENDVM · CVRARVNT · EIDEMQUE (EIDEMQUE Meerm.) PROBARVNT reliqui, ET · FACIENDVM · DV · CARVNT · . . . EKEMOVE · PRODERVNT Mann.

409 Volceis.

t. sta TILIO · T · F · TAVRO
aug VRI · COS · ITER · IMP · TER cos. a. u. c.
cu RIONI · MAXIMO 717. 72s

Appendix Mazochii Papiensis n. 20.

2 VGVTRICO · COS traditur.

Cf. Velleius 2, 127: (M. Agrippae . . . et Statilio Tauro) novitas familiae haud obstitit, quominus ad multiplices consulatus triumphosque et complura evererentur sacerdotia; item titulus Illicitanus vol. II n. 3556: T. Statilio Tauro imp. III cos. II patrono.

413 prope Buccinum in massa q. d. Casaline baronis Torella.

C · METTIO · M · F
RVFINO · IIII VIR
QVINQ · FLAMINI · DIVI · VESP
PRAEFECTO · fabr
5 CVRATORI · r · P · VOL
C · METTIVS · C · F · APER
PAT · OP

Medicus Buccinensis dedit Kaibelio.

4 INSR traditur, ex FABR opinor corruptum.

— 5 P · P quod traditur quamquam de pecunia publica explicari potest, magis tamen placuit restituere formulam sollemnem.